





40.

DISPVTATIO IN AVGVRALIS  
MEDICO - PHARMACEVTICA  
*SISTENS*  
LA PIDE M LYDIVM  
**MEDICAMENTORVM** 40  
BONAE NOTAE  
REGNI MINERALIS  
QVAM  
AVCTORITATE ET CONSENSV  
GRATIOSISSIMAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAESIDE  
**CAROL. AVGVSTO à BERGEN,**  
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.  
EIVSD. FAC. h. t. DECANO  
PROMOTORE AD CINERES COLEND  
**PRO GRADV DOCTORIS**  
LEGITIMO MODO OBTINENDO  
D. XXI. DECEMB. MDCC XLII. H. L. Q. S.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**CAROL. CHRISTIAN. BRVMBEY,**  
Anhaltino - Bernburgensis.

---

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
Litteris PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.

DISPENSATIO NAVAGARALIS  
MEDICO - PHARMACEUTIC  
SISTENS  
LATIDEM LUDIVI  
MEDICAMENTORVM  
BONAE NOTAE  
ERGENI MINERVAE  
CRIJOSISSIME MONTATIS MEDICAE  
PRAESIDE  
CAROLAGASTO BERGEN  
PRO GRADIA DOCTORIS  
PROMOTORE AD CINERES CONTINDE  
XXX DECIMVS MDCCLXIIII  
PARVCO TRAVAILORVM EXAMINI SUBHIC  
YACOTOR ET REZENDENS  
CAROLCHRISTIAN BRAMBRY

---

BRAMCOPRVS AD VIBRVM  
TITELIS PHILIPPI SCHWARTZI ACET TAB.

*A SON ALTESSE SERENISSIME*  
**MONSEIGNEVR**  
**LE PRINCE REGNANT**  
**D' ANHALT BERNBVRG**  
**VICTOR**  
**FREDERIC**  
**PRINCE D' ANHALT DVC**  
**DE SAXE**  
**D' ANGRIE ET DE WESTPHALIE**  
**COMTE D' ASCANIE SEIGNEVR**  
**DE BERNBVRG ET DE ZERBST, ETC. ETC.**

*prouvera pas la liberte, que je prend de LVI  
offrir le premier esfay et mes autres catalogues*

MONSIEUR REGNANT  
LE PRINCE REGNANT  
D'ANHALT BEHRBURG  
AIGTOR  
ERBEDERIC  
PRINCE D'ANHALT DAG  
DE SAXE  
D'ANCRE ET DE WESTPHALIE  
COMTE D'ASCANIE SEIGNEUR  
DE BEHRBURG ET DE ZERRST, etc.  
Les accouplements de ces deux etats  
furent au temps de l'empereur Charles V  
et au commencement du regne de Louis  
XIV, lorsque le duc d'Anhalt et le duc de  
Westphalie furent nommés au conseil  
de l'empereur Charles V, et que le duc  
d'Anhalt fut nomme au conseil de l'empereur  
Louis XIV, lorsque le duc d'Anhalt et le duc  
de Westphalie furent nommés au conseil  
de l'empereur Louis XIV.

18

MONSIEGNVR!

MONSIEGNVR!

de VOTRE ALTESSSE SERENISSIME

A  
pres toutes les marques sensibles de clemence & de protection, dont VOTRE ALTESSSE SERENISSIME a bien voulu honorer feu mon pere & toute ma famille en diverses occasions, je me flatte qu' ELLE ne desaprouvera pas la liberte, que je prens de LVI offrir le premier essay de mes etudes academiques.

N.

N' ayant eu jusque ici pour bût, que de m' acquerir les connoissances nécessaires à ma profession & convenables à un fidelle sujet, pour n' etre pas tout à fait inutile au Public & à la Patrie, je m' assure, que VOTRE ALTESSE SERENISSIME voudra bien continuer à m' honorer de SA haute protection, recevoir avec SA clemence ordinaire cette foible marque de ma reconnaisance, & du tres profond respect, avec lequel j' ai l' honneur d' etre

MONSIEIGNEVR!  
de VOTRE ALTESSE SERENISSIME

Francfort sur l' Oder  
le 21. Dec. 1742.

Charles Chretien Brumbey,



Q. D. B.

§. I.

ui ingentem & pene innumerabilem instruc*te* officinae pharmaceutic*e* farra-ginem, quæ rerum undique conquis-tarum copia superbit, intuetur, simulque modum acquisitionis perpendit, quo ex omnibus mundi angulis per tot ambages & pericula mercantium multitudine & varie-tate rerum naturalium thesauri corraduntur: quique porro attente considerat, quot impensis & quam lon-go artis exercitio bonæ notæ pharmaca, ex his omni-bus præparentur, illi sane mirum non videbitur, vix un-quam reperiri mercatur*a* genus toties fraudibus & mer-cium adulteratione conspurcatum, quam quidem hoc est, cujus & pharmacop*œ*i & simplicium dispensatores ordinario sese participes reddunt.

§. II.

His vero & similibus imposturis ac artificiis freni injicere, talique pessimo cacoëthi remedi*a* opponere,

A.

corda

cordatores medici diu cogitarunt, quos inter LISET.  
 TV M BENANCIVM <sup>a</sup> JOH. ANT. LODETTVM,  
<sup>b</sup> JACOBVM SYLVIUM <sup>c</sup> ab HORNICK. <sup>d</sup> ET.  
 NERVM, <sup>e</sup> HEIMREICHIVM, <sup>f</sup> JO. GOTTLLOB  
 RICHTERVM <sup>g</sup> JOH. QUINCY <sup>h</sup> nominasse suffi-  
 ciat. Absit autem, ut Augiæ hoc stabulum expurgave-  
 rint, ut potius infinita reliquerint, curatius investiganda.  
 Quorundam quoque scripta, ut BENANCI & LO-  
 DETTI, scommatibus & inventis in pharmacopœos  
 adeo scatent, ut pene dixerim, hos viros magis ex privato  
 odio, quam veritatis amore ductos, calumna arripiisse.  
 Alios videoas pro temporis ratione veterum obsoletas, &  
 non amplius usuales perstringentes formulas, alios ; qui  
 composita duntaxat, alios ; qui simplicia ad examen  
 revocare, ut merito nondum exantatos hos labores  
 desideratis pharmaceuticis apponere possimus. Aliae  
 quoque subesse possunt causæ, cur medici hactenus ne-  
 gotium hoc penitus exhaustire renuerint, tum quia plu-  
 res

<sup>a</sup> Declaratio fraudum & errorum apud pharmacopœos  
 commissorum, latine versa <sup>a</sup> Th. BARTHOLINO.  
 Francof. ad Mœn.

<sup>b</sup> Est dialogus ejusdem argumenti priori tractatui annexus.

<sup>c</sup> De adulteriis simplicium medicamentorum cognoscen-  
 dis vid. Opera ejusd.

<sup>d</sup> Curieße Fragen die Apotheker und Materialisten betref-  
 fend.

<sup>e</sup> Des getrennen Eckhardt ungewissenhafter Apotheker.  
 Frankfurt und Leipzig.

<sup>f</sup> Tr. von moderation der Apotheker Taxe.

<sup>g</sup> Diff. de Corruptelis medicamentorum. Dresd. & Lipſ.  
 1732. 8.

<sup>h</sup> Praelectiones pharmaceuticæ. Angl. idiom. Lond. 1723. 4.

res technæ & imposturæ, præcipue in compositionibus pharmaceuticis tam difficiles sunt perspectu, ut ipsum Argum fallere posint, tum forte, quia satius ducent abstinere à descriptione fraudum inconscientiosis pharmacopœis usitatarum, ne paucorum peccata plurimis fiant exempla.

## §. III.

Quicquid vero subsit veritatis his nostris conjecturis id jure relinquimus iis, qui ex professo hanc materiam digne pertractandam suscipiunt; nos de specimine academico solliciti, ne quidem cogitamus de simili arguento ventilando, cum potius opus sit spissi alicujus voluminis, quam dissertationis academicæ. Quapropter de specialiori solliciti themate partem duntaxat hujus materiæ nobis expendendam, sumsimus, ostensuri notas bonitatis medicamentorum regni mineralis, exclusis iis hac vice, quæ vegetabilis & animalis prosapia sunt, ne loco inauguralis dissertationis tractatum & integrum librum, qui tamen inde certo certius nasciturus esset, conscribamus. In quo arguento specialiori evolvendo, ne viros probos ordinis pharmacopœorum offendere videamur, testamur potius humanæ salutis amore ductos unice, de custodibus ejus, medicamentis scil. examinandis nos fore sollicitos, nullius fidem aut integratatem in dubium vocantes, sed hoc ipso singulorum innocentiam publico magis confirmaturos.

## §. IV.

Rectissime historiæ naturales scriptores regnum fossile, seu minerale in tres classes dividunt, quarum

A 2

prima

prima exhibet petras seu lapides ex particulis similaribus, unius ejusdemque naturae constantes. Secunda comprehendit mineras, seu lapides compositos praeter lapidosas particululas aliis peregrinis imprægnatos. Tertia sistit terras & lapides aggregatos partim lapidis, partim salinis & metallicis constantes moleculis. Corpora autem mineralia quibus officinæ superbiunt, tanto videmus numero congesta, ut juxta hanc regni fossilis partitionem (§. 3.) nullam noverimus classem, qua non incolas suos mittat in officinas. Visum hinc est juxta systematicam ejusmodi dispositionem omnium simplicium mineralium, & sub quovis horum titulo omnium compositorum notas characteristicas bonitatis & integritatis tradere, quo servato confidimus fore nos non plane amethodice vel tumultuarie rem ipsam absoluturos esse. Evidem novimus lexicographiam hodiernis scriptoribus adeo exoptatam faciliorem nobis præmonstrare viam, dispositione subjectorum alphabetica, ast malumus indicatam servare methodum, ut naturales historiae cultores inveniant, quia fortuna Minervam nostram in hac dispositione systematica exercuimus.

## §. V.

Prima classis regni fossilis (§. 4.) lapides ex particulis quasi similaribus constantes exhibet & tres iterum ordines sub se gerit, quorum primus apyros seu lapides in igne docimastico vix destructibiles sistit, quorum etiam paucissimi officinas pharmaceuticas ingrediuntur, dotes enim medicamentorum vix ac ne vix quidem possident, neque rari sunt, neque propterea adulterati venduntur.

venduntur pharmacopœis. Hujus indolis sunt *alumen plumosum Officin*: quod est species amianthi; nec non *talcum officinarum*, quod genericum nomen retinet, probœ tamen differt a talco aureo, a lapide corneo, vel etiam tunicato.

## §. VI.

Secundus primæ classis ordo (§. 5.) calcarios lapides, sive illos qui igne docimastico usci, & aqua rigati in farinam reducuntur tradit, hujus autem genus habes calcarium lapidem ex quo *calx viva* paratur, quæ non solum aquam sui nominis suppeditat, sed pauca quoque ingreditur composita, quæ propter pretii vilitatem naturalem suam integritatem conservant, & raro adulterantur. Spectat huc quoque *Lazulus lapis*, qui utraro in usum vocatur medicum, magis ornatus causa custoditur.

## §. VII.

Primæ classis (§. 4.) tertius ordo lapides vitre scentes, hoc est illos, qui igne docimastico in vitrum liquescunt, fistit, cujus tamen genera & species quum nunquam, quantum scimus usui interno sint dicata sicco pede præterimus.

## §. VIII.

Classis secunda regni mineralis exhibens mineras seu lapides compositos præter lapidosas particulis sa inis & metallicis imprægnatos, (§. 4.) subjectorum, quæ pharmacia sua quoque facit, est feracissima, quare operæ pretium erit, classis hujus divisiones cum systematicis paulo curatius rimari. Distinguunt nempe hanc

classem in corpora salina, sulphurea & metallica s. mercurialia, qua divisione huic classi iterum tres ordines adscribunt.

## §. IX.

In ordine primo classis II<sup>dae</sup> (§. 8.) occurunt nobis salia, quæ sunt corpora in aqua solubilia & sapida; quæ tamen iterum vel simplicia vel composita & aggregata audiunt. Genera hujus ordinis pleraque officinis pharmaceuticis nota sunt, non quod tam cruda, quam vario modo præparata usibus inserviant medicis. Hujus ergo ordinis primum sese offert *nitrum crudum*, quod quum diversam patrem & ortum aggnoscat, diversis quoque puritatis gradibus gaudet. Puritas ejus cognoscitur ex figura crystallorum prismatica hexædron, & fremitu si flammæ injiciatur, pluribusque integratatis notis, quas tamen cum tanti momenti non sint, quam compositorum medicamentorum nitroforum criteria hic omnes enarrare supersedemus.

## §. X.

Nitri crudi productum est *nitrum purificatum*, cuius incontaminati notæ sunt siccitas, puritas, pelluciditas crystalli longi non nodosi vel articulati, figuræ pyramidalis (quanquam tamen figura ex aliorum sententia infallibile bonitatis signum non præbeat.) Huc pariter referimus, quod calidæ volæ impositum strideat & sponte frangatur, quod citæ fusionis in igne, facilis solutionis in aqua sit & frigoris sensum tum linguae imprimat, tum aquæ cui miscetur conciliet, & denique quod carbonibus ardentibus injectum cum fragore in flamas erumpat

erumpat & deflagret. *Magnesia alba* lixivii nitri residuum lapide speculari, igne in pulverem verso, adulterata cognoscitur immissione in aquam calidam, quo facto hic pulvis ad fundum secedit.

## §. XI.

Ad præparata nitri pertinet quoque *spiritus nitri acidus* \* qui integer & bonus judicatur ex limpiditate aquæ fontanæ instar; ex fumo vase aperto prompte erumpente; ex promptitudine solvendi camphoram injectam & mutandi in oleum supernatans. *Spiritus nitri dulcis* bene præparati notam habes si loco corrodentis aciditatis gratum & aromaticum linguae saporem imprimit.

## §. XII.

*Nitrosæ prosapiæ* sal istud quod *arcaneum duplicatum* \*\* officinis audit judicamus, cuius bonitates notæ sunt

\* Notamus hic raro purum & homogeneum spiritum nitri a destillatoribus sylvæ Hercyniæ & Thuringiæ coëmi, nam propter difficiliorum nitri crudi comparationem vitriolum, vel pyritem & glaream sulphure prægnantem nitro ut plurimum sociant, quod quidem plus acidi suggerit spiritus, sed spiritus, acido vitrilico æque ac nitrolo constantis. Cui circumstantiæ tribuendum existimamus, quod spiritus nitri dulcis ex ejusmodi spiritu nitri præparatus plus simplici rectificatione opus habeat, perquam gnari, spiritum vitrioli dulcem, antequam mitescat, ipso spiritu nitri plures rectificationes requirere.

\*\* Qui arcanum duplicatum ex æquali parte vitrioli & nitri purissimi parant, ut præcipit Dispensatorium Brandenburgense pari jure hunc procellum ad præparata

sunt sapor nitroso amarus absque sensu salis vitriolici, qui si adest nauseam movet & iterata calcinatione cum nitro corrigi debet. Ex observationibus selectis Hallensium i aliud criterium bonitatis colligimus ex gravitate specifica depromptum, illud enim arcum duplicatum, quod ut vulgo fit, cum vitriolo præparatur, crystallos dat omnibus aliis salinis hujus naturæ propter admixtum vitriolum specificè graviores, quam rem verissimam deprehendimus in experimentis staticis nuperrime institutis & in adjecta calci dissertationis tabula comprehensis.

### §. XIII.

Aliud genus salis est scriptoribus historiæ naturalis sub nomine *muriæ* notum, quodque ex aqua marina fontium simplicium & medicamentorum excoquitur, vel ex terræ mineris sub forma solida effoditur. Unius ejusdemque naturæ sal marinum & fontium salinorum esse videtur, illud autem quod est medicatorum fontium, ut sal Epsoniense, Seidschutzense, Carolinarum non tota quidem natura, sed operandi gradibus a se invicem recedunt. Sal marinum integris nationibus & maris accolis sufficienter prospiciens haud

adultere-

---

vitrioli possent referre ex consideratione partis aquæ lis utriusque, ast quum plures methodi prostant arcum duplicatum sine vitriolo præparandi, ac præterea in illa specie arcani duplicati quæ sit cum vitriolo omnis sapor vitriolicus exsulare debeat, malumus potius præparatis ex nitro adnumerare hoc duplicatum arcum.

i Tom. III. Obs. XI.

adulteratur, hinc in ejus bonitatis notas inquirere supercedemus. Productum hujus salis depurati & crystallisati chymicum est, *sal mirabilis* GLAVBERI, qui docente magno BOERHAVIO <sup>k</sup> ex duabus sequentibus notis optime cognoscitur, si nempe in pollinem redactus triplo aceti, aquæ, vini, cerevisiæ miftus & repositus ea conglaciare faciat, vel etiam si fufus in crucibulo cum quarta parte antimonii, id præter morem aliorum salium alkalico-acidorum mire admodum resolvat.

## §. XIV.

Fontium medicatorum salia utpote infrequentiora & cariora additione peregrini sepius corrumpuntur, quare hujus loci erit in notas characteristicas eorum, quæ maxime venalia sunt inquirere. Ordo primum tangit notas genuini *salis Epsoniensis* vel *Epsomensis* recensere, quas tamen, judicantibus sic chymicis haud incelebris, dare non possumus, horum scilicet experimentis convicti, sal Epsonense in officinis venale nil minus esse, quam sal excoctum fontis Epsonensis, sed esse potius artefactum facil ratione parandum. Præterquam enim, quod tale quid LENTILIVS <sup>l</sup> jam subolsecerit. Cl. FRID. HOFFMANNVS <sup>m</sup> demonstravit, sal Anglicum Epsonense, nunquam in tanta copia preparari posse, quanta circumfertur, hinc esse artefactum instar salis Glauberiani (§. 12.) ex sale communi cum acido vitrioli, vel aluminis paratum. Quod idem alibi <sup>n</sup> affimat:

B

Ana-

<sup>k</sup> Elementa Chemicæ. L. B. 1732. Tom. II. pag. 414.

<sup>l</sup> Ephem. Nat. Cur. Cent. III. & IV. Obs. 173.

<sup>m</sup> Dissert. de Sale Medicinali Carolinarum.

<sup>n</sup> Observ. Phys. Chym. 4. Halæ. 1722. pag. 304.

Analogon nempe salis Epsoniensis fieri posse ex alumine & sale communi, non vero ex alumine crudo, nec etiam ex sale communi simplici, sed potius ex mixtione solutæ aluminis mineræ cum illo lixivio, quod in coctione salis communis remanet, vulgo die Mutter-Sooðe per certam encheiresin procedit negotium. Eodem propemodum tempore idem prorsus confirmavit Cel. BOVL-DVCCIVS ° experimentis cum sale Epsonensi institutis, quibus probatum dedit, aquam fontis Epsonensis in data mensura continere duntaxat  $\frac{1}{2} \text{ g}$  partem salis, adeoque impossibile esse hoc sal in tanta quantitate venundari, sed esse potius, aut sal nativum mitterale, vel plane artefactum, quod magis probabile existimat, quia sicuti alumen in calcinatione, sic hoc sal in officinis reperiendum sub ipsa destillatione intumescit, unde non injuria concludit ipsius compositionem ingredi alumen.

## §. XV.

Eadem prorsus fata experitur *sal amarum Bohemicum Seydelschutzense* cui, licet per aliquot annos usuale fuerit, tabernarii æque ac pharmacopœi, quibus tamen differentia cognita esse deberet, sal vulgare Anglicum (§. 14.) substituunt. Quare qui decipi non amat, ad sequentes notas bonitatis necesse est attendat, ut 1.) crystalli salis Bohemici, nec a frigido, nec a calido aëre insignem patientur mutationem, neque tam facile liquefiant, ut sal Anglicum, ut 2.) in æquali mole cum Epsonensi vulgari degustatum intensiorem amaritatem prodant,

o. Histoire de L'. Acad. Royale des sciences. Ann. 1718.  
P. 37.

dat, ut 3.) minus de salis communis sapore participet, quam sal Anglicum vulgare, ut 4.) crystallos habeat minores oblongos & nitidiores, quam sal Anglicum vulgare, quod ad cuboideam figuram magis accedit, & sicuti in humido aere facile liquefcit, sic & in calido facile quasi calcinatur & farinosam inducit superficiem, ut 5.) ʒj aquæ calefactæ hujus salis solvat unciam unam, aquæ frigidæ vero ʒj solvat 5. 5. & ɔij. 6.) ut solutio hujus salis ab instillato syrupo violarum non viridescat, 7. lactescat vero ex affuso oleo tartari per deliquium.

### §. XVI.

Notæ salis Carolinarum, quod licet hactenus in officiis non dispensetur, viribus tamen & Anglicanum (§. 14.) & Seydschützense (§. 15.) superat, sequentes sunt, 1. crystalli sunt oblongæ majores, quam in sale amaro Seidschützeni, coloris nivei, pellucidæ, hinc inde aquæ. 2. Sal hoc in aqua solutum, vel in solida forma gustatum saporem præbet ex parte lixiviosum, ex parte amaricantem, cedentem tamen longe amaritatem salis Seidschützenis. 3.) ʒj. aquæ calefactæ salis hujus solvit 3x. & ɔij. 4. Solutio salis Carolinarum instillato syrupo violarum viridis evadit. 5. Solutio hujus salis affuso oleo tartari perdel. nullam patitur alterationem, nec unquam lactescit (§. 15. n. 7.) 6. Sal Carolinarum cum sale Ammoniaco trituratum sponte liquefcit & odorem spargit penetrantissimum, quod plane non contingit cum sale Seidschützense, denique 7. sal Carolinarum aéri diutius expositum instar magnesiae in tenuissimas moleculas dissolvitur.

B 2

### §. XVII.

§. XVII.

Originis magis compositæ est artefactum illud  
*sal* quod *Ammoniacum* vocatur, quodque notante O.  
 WORMIO p conficitur ex urinæ camelorum part. X.  
 salis marini part. II. fuliginis lignorum part. I. invicem  
 in aqua coctis, exsiccatis, sublimatis, solutis, iterum  
 depuratis & coagulatis. Nostræ quidem dispositionis  
 systematicæ intuitu hoc sal rectius ad producta regni  
 animalis referuntur, quoniam urinæ quantitas ex ingredi-  
 entibus maximæ est, libuit tamen hoc ipsum non solum  
 propter sal marinum huc referre, sed etiam quod Ce-  
 leberr. Autores q sub nomine salis arenarii mentio-  
 nem fecerint salis Ammoniaci nativi, quod ergo rever-  
 ra soboles mineralis regni esse debet. Illud autem  
 quod semipellucidum est, fere pellucidum in medio,  
 striis longis parallelis basi nigra in placentis, supra pla-  
 nis, sphæricis infra, satis densis & magnis, ubique  
 ejusdem densitatis, odoris expers, saporis acris, op-  
 timæ semper notæ habetur. His alii addunt, quod-  
 sit sonorum, si pulsetur, quod saporem fere habeat sa-  
 lis marini, sed longe penetrabiliorum, quod in aere  
 aperto sponte, cito, totum diffuat in muriam limpi-  
 diffimam salissimamque. Secundum M. B. VALENTI-  
 NVM r præferendum sal Ammoniacum in tabulis  
 allatum illi, quod in forma panis mittitur. Cæteroquin  
 pluri-

p Museum Wormianum s. Historia rerum rariorium Lugd.  
 B. 1655. fol.

q H. BOERHAVE Elem. Chem. T. I. p. 44.

r Museum Museorum oder Material Cammer. fol. Frang.  
 furt am Main 1704. pag. 426.

pluribus compositis ex hoc sale refertæ sunt officiæ. *Spiritus salis Ammoniaci cum cineribus clavellatis parati* bonum est criterium si cum spiritu vini rectificatissimo congeletur. *Spiritus salis Ammoniaci volatilis*, vel etiam *salis Ammoniaci volatilis* optime parati signum præbet, si alterutro posito in vase aperto, cui aliud simile bono spiritu nitri acido (§. II.) repletum ad latus ponitur, notabilis effervescentia in aëre, vase ambiente, oriatur, curiose id notante BOERHAVIO. Denique *spiritus salis Ammoniaci cum calce viva paratus* ille est optimus, qui extenpore ex mixtione pulverisati salis Ammoniaci & calcis vivæ in pollinem redactæ exsurgit.

### §. XVIII.

De Borace cuius prosapiæ sit, docti inter se dissentunt, aliis eandem pro artefacto, aliis pro sale nativo habentibus. Neutram horum sententiam amplectentes potius statuimus, nativam æque ac artificialemdari, illam ex Hungaria & Transsylvania vel plane ex India & Persia ad nos mitti, hanc esse boracem Venetam, conjecturante SCHROEDERO ex nitro, sale communi, sale Ammoniaco & tartaro calcinato, confectam. Nativæ boracis quam chrysocollam fossilem vocat BOERHAVIVS : characteres sunt, quod sit figuræ variæ, magnam aquæ, vigecuplo majorem copiam ad solutionem requirat & calorem magnum, sapore amarescente, sed dulcescente in exitu, neque acido neque alcalico, ad ignem facile fluat ubi,

B. 3

simul

<sup>s</sup> I. c. T. II. p. 336.

<sup>t</sup> I. c. p. ead.

sionul in spumas se effundit aquam plurimam dimitentes, residuum in vitrum commutatur, & metallorum fusionem acceleret. Frusta boracis Venetæ optimæ sunt candida, nitida, crystallina, transparentia, dura, sicca nec liquefientia in aëre humido. M. B. VALENTINVS <sup>u</sup> his notis addit boracem in igne insigniter intumescere, quod adeo non facit si alumine \* adulterata fuerit. Hactenus recensita salia (§. II-16.) notam characteristicam minime contemnendam ex ipsorum gravitate specifica suppeditant, quam vide sis in tabula statica salium nova calcij dissertationis adjecta. Denique salium alcalinorum fixorum familia, uti sunt ignis producta, renote autem prosapiæ vegetabilis, hujus loci non sunt.

## §. XIX.

Novum genus ordinis primi (§. 9.) classis secundæ constituit *alumen*, quod est verum fossile, vel e saxo vel e terra bituminosa, præmissa incensione, deliquio in aëre, solutione, præcipitatione, inspissatione, crystallisatione paratum, sed quum vile admodum sit, ubique

<sup>u</sup> I. c. p. 20.

Ex allegata BOVLDVCCII (§. 13.) observatione liquet, sal Anglicum vulgare cum alumine corruptum in destillatione aque intumescere ac alumen facit in calcinatione, proin hæc a VALENTINO relata bonitatis nota contradictionem quandam involvere videntur. Ast qui largitur, majorem, ut etiam experientia restatur, semper intumescentiam observari in bora- ce quam alumine, videbit, boracis intumescentiam minui debere admixtione aluminis, siveque nullam hic esse contradictionem.

ubique habetur nec adulteratur, multo minus com-  
positionibus pharmaceuticis, nisi paucissimis, admis-  
tur, quare ulterius progredimur.

## §. XX.

Sub eodem ordine comprehendimus *vitriolum*, amplissimum concretorum fossilem genus, cuius characteres generales sunt, quod in igne spumet & particulis metallicis imprægnatum sit, figuram habeat rhomboideam dodecaëdram & acidum purum contineat. Propius ad examen revocatum omnibus suis speciebus basin dat ferrum & cuprum, acidus vero sulphuris fucus aqua dilutus solvens præbet, qui metallicas particulas disponit & ordinat, toti concreto figuram & perspicuitatem conciliat. Quinque autem species vitrioli innotuerunt, nempe vitriolum Cyprium, vel Romanum penitus cœruleum, solo cupro refertum; vitriolum viride solo ferro imprægnatum; vitriolum cœrulescens ferro plurimo, paucō cupro constans; vitriolum album, unicum scilicet, quod de zinco participat, imprimis Goslariense, unde specifici usus in collyriis, & denique vitriolum rubrum seu chalcanthum verum, quod pariter ferro imbutum est. Cum ergo hæc nativa salina corpora externo adspectu sic satis distingvuntur, sequitur ut inquiramus in notas, bonitatis compositorum ex vitriolo. Species vero præparatis vitriolicis inservientes imprimis sunt vitriolum viride & cœrulescens, utrumque in Germania reperiendum, ex quo imprimis destillatores Thuringiæ *oleum* & *spiritum vitrioli* fortissimo igne eliciunt & in officinas mittunt.

mittunt. Olei vitrioli probe saturati & preparati si-  
gnum est, si non ebullit, nisi igne fere sexcentorum gra-  
duum therm. FAHRENH. magni. Idem facile etiam  
cognoscitur ex suo pondere, cuius intuitu reliqua flu-  
ida fere omnia vincit & superat. *Spiritus vitrioli* se-  
cundum regulas artis rite paratus fontanæ aquæ lim-  
piditatem habeat, & acidus sit, maxime probatur ex  
combustione papyri in igne aperto, cui aliquot gut-  
tae hujus spiritus instillatae sunt, quæ in totidem ma-  
culas nigras commutantur. Deinde quoque licet tam  
ponderosus non sit ac oleum vitrioli, gravior tamen  
est multis aliis spiritibus mineralibus. De *Plegmate*  
*vitrioli* ad tincturas inde parandas adhiberi solito mo-  
nemus, ad probitatis notas pertinere, id ipsum saepius  
fuisse rectificatum, ne tincturæ citius quam par est, cor-  
rumpant.

## §. XXI.

Ordo secundus classis secundæ (§. 4.) sub se com-  
prehendit corpora sulphurea, in igne fumantia & odo-  
rata & generum multitudine dives est; quorum pri-  
mum hic nobis esto *Ambra*, quam hodie non amplius  
cetorum excrementum credunt eruditi, postquam ex  
itinera facientium fidelissimis relationibus comper-  
tum habent, eam potius speciem bituminis esse, quæ  
proxime natura sua ad succinum accedit. Rationes  
hoc ipsum confirmantes sunt, quod ambra grysea  
ardentibus carbonibus injecta odorem spargat succino  
quadantenus similem, quod in solutione eadem pro-  
pemodum menstrua aggnoscat cum succino; quod e-  
jusdem naturæ producta suppeditet per destillationem

in

in igne aperto ac succinum. Sed nos de requisitis genuinæ ambræ magis solliciti statuimus eam esse bonam, quæ levis, sicca, cereæ consistentiæ, non tamen uniformis substantiæ, fragilis quidem, sed utcunque tenax, interne scatens multis maculis nigris, odoris fragrantis & suavis, saporis nec amari, nec austeri, nec acidi, nec falsi, per candelam inflammabilis, super carbones ardentibus fusilis, incinerata tota deflagrans sine residuo corpusculorum terreorum, quod adulterii nota est, neque in aqua calida, neque inter digitos tam cito ut cera emollienda, sed magis resistens. \* Suppetit quoque aliud experimentum, quo acu ignita perforatur ambræ frustulum, cui si bona notæ est, liquatæ pinguedinis, sive bituminis vestigium adhæret, recte autem ex VALENTINO monet Cl. NEVMANNVS w hoc non infallibile esse signum, cum in aliis ambræ speciebus, quæ pluribus simul sumitis tentaminibus succedaneæ deprehensa sunt, idem prorsus contingat. Neminem vero novi, qui virtutis & bonitatis notas melius tradidisset E.

C. KAEM-

\* Contrarium hujus ultimi experimenti allegat Cel. ETTMULLERVS Oper. T. I. p. 933. appellans genuinam ambram, cuius frustulum ex reliqua massâ unguibus decerptum & hinc inde calida manu agitatum cera instar mollescit, contra falsam esse quæ sic tractata abit in frustula. Nos vero in dubio hoc casu certiores facturi experimentum in ambra grysea & nigra, sicut nempe ex officinis nostris haberi potuit, repetimus, invenimusque ambram gryseam emollitioni resistere & pulverulentam manere, nigram vero æque facile ac ceram impressiones pati.

w. Disquis. de Ambra. Dresdæ. 4. 1736. p. 83.

KAEMPFERO, <sup>x</sup> qui optimam notam sic describit.  
 Si carenti laminæ ambræ grana imposita suffitum producunt adulterium est, & cineris paucitas bonitatem declarat. Sinenses ex ambris bonis optimam reputant, cuius rasura aquæ calidæ immissa & operculata, exactius disjungitur & liquefit. *Ambræ effentia*, vulgo judicatur sincera, quæ cum aquis mixta lactescit, sed fallere potest experimentum, quia olea in spiritu vini soluta, quæ utique per adulterium commixta esse possunt ambræ, semper lactescunt, quo experimento supersedere possunt, qui pro ambræ menstruo bonum rostarum vel liliorum convallium spiritum feligunt.

## §. XXII.

Ad corpora electrica, peculiare genus in ordine secundo classis secundæ (§. 4.) constituentia suo nunc jure referimus *succinum*, quod sulphuris bituminosi progenies est, & sale acido liquido in solidas glebas crescente, tum & olio fossili constat, totum in igne ardens & fluens, cuius maxima copia & proventus Prusiam agnoscit patriam, utcunque non negandum sit, id ipsum & alibi, sed rarius inveniri. Optimum & genuinum cognoscitur ex insigni vi electrica, in aliis concretis bituminosis frustra eodem gradu quaesita; ex odore accensi succini huic individuo prorsus peculiari; ex difficultate in spiritu vini; ex sale volatili acide naturæ, quod destillatione succini veri elicetur. In regionibus à Prussia remotis frequentius adulteratur & quidem substituto hunc insinem gummi de Loock,

quod

<sup>x</sup> Amœnit. exotic Lemgow. 4. 1712. p. 635.

quod ob similitudinem cum succino vero pseudo-succinum vocari consuevit, & copiose ex America in Europam transfertur, distinguitur tamen facile ex minori electricitate, ex absentia odoris succinei si accenditur, ex facilis solutione in spiritu vini, denique quod neutiquam in destillatione sal volatile acidum suppeditet. *Sal succini volatile* aciditate sua facile sese distinguit à similibus chymicis productus, quare etiam BOERHAVIO sufficit hæc nota, dicenti: „exhibit uni- „cum modum mihi cognitum, quo acidum rerum for- „ma solida salina obtinetur; id enim in nulla vel vege- „tabili, vel animali vel fossili perspicitur. *Tinctura succini* „cum alcaleo vini parata optimæ præparationis judicatur, si est saporis aromatici amarescentis, mire reficiens cum sensu quasi adstringentis; sique frigori exposita turba- tur & farinoso resinosam materiam in fundum deponit.

## §. XXIII.

Novum genus classis secundæ (§. 4.) ordinis se-  
undi (§. 20.) constituit sulphur tum *vividum*, tum in va-  
riis suis mineris delitescens. Est autem sulphur corpus  
fossile, in frigore durum, facile conterendum, in calo-  
re moderato fluens forma liquefactæ cerae, totum ele-  
vandum in vase clauso, in igne deflagrans citissime cum  
flamma cœrulea & vapore volatili animalia suffocante.  
Tot autem qualitates, quæ in definitione sulphuris oc-  
currunt, sufficientes notas characteristicas præbent il-  
lud ipsum rite cognoscendi; ut taceamus frequentissi-  
mum ubicunque terrarum proventum subiectum hoc

C 2

minerale

y. L. c. T. II. p. 287.

minerale reddere vile admodum & technis improborum ideo non expositum, quæ magis sese exferunt in sulphureis præparatis. Huc spectant *flores sulphuris*; botitas extollitur, si sunt leves, pallido - flavescentes, teneri & subtile bonique odoris. Pulverisati laminæ ferreæ candenti impositi & incensi deflagrare debent, nullo deposito sedimento, quod si forsan terreum deprehenditur, per farinacea colorata inductæ fraudis indicium est. Ceteroquin caveamus oportet, ne flores sulphuris jam jam præparandi unquam fiant speciebus admixtis, quæ semper in sublimatione comburuntur & artificis intentionem eludunt.

## §. XXIV.

Subjecta tertii ordinis (§. 8.) classis secundæ, (§. 4.) vocantur corpora mercurialia sive metallica, quæ igne fusa, depurata, specialius dicuntur metalla, quæque sunt vel perfecta vel imperfæcta, singula autem sub hoc ordine comprehensa varia constituunt genera, quæ chymicis tradita innumera pene constituunt medicamenta. Primo loco in medium producimus metallum istud fluidum *hydrargyrum*, *argentum vivum*, sive *mercurius currens* dictum, quod sçpissime ob pretium ipsi statutum, copula ignobilioris metalli corruptitur, quare iis opus erit cautelis; quibus observatis, purum & intemeratum comparari possit. Haec autem desumuntur ex gravitate specifica, qua mercurius purus ad aquam putealem juxta Societatis Regiae Britannicæ z accuratissime capta experimenta se habet, ut 14. ad 1. 2.

ex

2 Transact. Philosoph. Anglican. n. 169. n. 199.

ex ipsis menstruis, quæ unice sunt aqua fortis & aqua regis, 3. ex nativo splendore speculi polituram superante, summa mobilitate & fluiditate, 4. trajectione extemporanea per corium 5. omnium securissime ex ipsa destillatione. Hæc omnia non procedunt, vel locum habent, si mercurius plumbō vel stanno adulteratus sit.\*

## C 3

## §.XXV.

\* Mirabuntur forsan, qui omnem cinnabarim propter inertiam putatim & virium impotentiam ex medicamentorum catalogo explosam volunt, quod nos in puritatis criteria tam sollicite inquiramus; ast liceat nobis, huic sententiæ neutiquam subscriptentibus rationes hujus asserti paulo curatius examinare. Sulphuris proportionem ad mercurium in cinnabari vulgo determinant ut 1. ad 7. Dicunt ergo, si cinnabaris agit in corpus humanum, id unice mercurio esse tribendum, nec ad tantillum sulphuris attendendum: mercurius vero ut agat, divisus si necesse est in moleculas minutissimas, & sale acido plus minus imbutas: sed neutrum horum reperitur in cinnabari; neque sal acidum per mixtionem sulphuris communicatur mercurio; neque mercurii moleculæ tam minutissime sunt divisæ, quin potius addito sulphure adeo figurantur, ut a viribus vita nunquam sint solubiles; ergo nullas exerit vires. Respondemus: merum esse postulatum, parvam sulphuris portionem non agere posse, idque tale, cui experientia refragatur. Qui enim fit quo<sup>s</sup>lo, quod effectus, scil. diaphoresis in ratione propinatae largioris dosis cinnabaris cuiuslibet certo certius increbat? nisi virtutem in alterutro ingredientium vel in utrisque combinatis supponamus. Absonum foret hoc tribuere apparatu lecti & stragulorum ad sudores se<sup>f</sup>e componentium, alias enim fallacia causa non causæ in virtute omnium leniorum diaphoreticorum, etiam

## §. XXV.

Minera hydrargyri (§. 23.) est vel *cinnabaris nativa*, vel etiam minera mercurialis variis habitus & conditionis. *Cinnabaris nativa* lubenter feligitur illa, quae maxime est ponderosa, exaltatae rubedinis & splendoris, nam quo intensius rubet, & ponderat, eo plus hydrargyri continet. *Cinnabaris facetus* externis vestigis probanda signa sunt lapides ponderosi, splendentes coloris parpureo brunnei, exterius longis spiculis instructi. *Cinnabaris Antimonii* puritas rectificationem semper supponit. Prelio autem quadantenus cum sint cinnabares mirum non est, ipsas a corruptione liberas non mansisse,

---

regni vegetabilis & animalis accusanda foret. Quoad mercurium concedimus eum non agere posse nisi moleculis minutissime divisim: sed nullum dubium est, cinnabarim in subtilem pollinem contritam, ut cuncte adhuc sulphuri maritamat, osculis lacteorum longe minores exhibere particulas, adeoque transituras vasa lactea, & subituras sanguinem. Nunquam fecimus periculum, sed ex fida relatione accepimus, catulum famelicum colarata cinnabarinis pollinis emulsione saginatum, & cultro anatomico subjectum, ameno spectaculo rosei coloris exhibuisse vasa lactea. Ubi vero cinnabaris subire poterit sanguinem, suarum particularum solo pondere id efficiet, quod qualibet particulis sanguinis specificis graviora, nempe reliquis humoribus mixtae & mota multo celerius ferentur per vasa & motu diutius servabunt, quare particulae cinnabarinae in reliquorum fluidorum moleculas irruentes excessu virium velocitatis plus penetrabunt, fluida, comminuent & ad secessum in vasa lateralia occasionem dabunt.

mansiſſe, ſed vel additione minii, vel ſanguinis draconis adulterari conſueviſſe. Sequentem ergo integratiiſ notam communicat de JVSSIEV: <sup>aa</sup> Pura nempe ſi eſt cinnabaris factitia, portio ejus pulveriſata, laminae candenti ijecta, flammam excitabit in medio, ubi ma- xime denſa eſt, coeruleo-violaceam inodoram; quæ ſi ad rubedinem inclinat, minio, vel calce rubra plumbi falsificata judicatur. In eodem experimento, ſi momen- to injectionis pulveris ebullitio & fumus odoratus ſen- titur, ſangvinem draconis commixtum revelat.

### §. XXVI.

Præparatum mere mechanicum, quod porro ex mer- curio & ſulfure in officiis proſtat *æthiops mineralis* voca- tur. \* Hoc propter potiorem mercurii partem quam re- cipit à nobis ad mercurialia refertur. Pulvis hic rite præ- paratus

<sup>aa</sup> Memoires de l' Academie Royale des Sciences. An.

1719. pag. 356.

\* Eandem quam de cinnabari, (§. 24.) hic etiam circa æthiopem mineralem querelam contra illos mouere cogimur, qui hoc egregium medicamentum ceu iners & fatuum rejicere non hesitant. Causas hujus pro- ſcriptionis non alias adferunt, niſi quod sulphur & mercurius in hoc composito nimis ſint fixati, quam ut viribus vita separari & ſcorsim operari poſſint, imo po- tius bina haec combinata non niſi vi fuſe inertiae & ponderis corpus gravari. Aliter perſuasi ſunt, qui no- runt æthiopis vim diaphoreticam increſcere pro ma- jori sulphuris parte juncta. Illi vero qui porro per experimenta convicti ſunt æthiopem mineralem æque bonum eſſe authelminticum ac mercurium ipſum, haud irrite concludunt: sulphur & mercurium ſeparati-

paratus debet esse inodorus, insipidus, nullo modo acris, nec facile cum alio pulverulento, quoconque integre vel in totum miscendus. Ob simplicem præparationis modum, quo nihil aliud intenditur, nisi particularum mercurii cum sulphure miscela, præparationis dexteritas cognoscitur sequenti experimento, si nempe tantilla moles ejus microscopio composito sat parva lente objectiva instruēto supponitur & nulli globuli mercuriales apparent, sic enim de intima miscela sulphuris & mercurii certius quam nudis oculis fidentes judicare possumus. Obiter hic quoque notare consultum ducimus, præstare semper æthiopem mineralem in variata proportione sulphuris & mercurii in officinis pharmaceuticis extare præparatum, quo magis enim expulsorium & diaphoreticum scopum habent medici, ut in pruriginosis affectibus fieri aſſolet, eo melius faciunt æthiopem ex æquali pondere mercurii, & sulphuris compositam prescribere.

## §. XXVII.

Ad præparata mercurialia nunc quoque *mercurius sublimatus* referendus est qui recte præparatus, crystallos habeat nitidas, splendentes, niveas & pellucidas, non admodum ponderosas vel densas; olei tartari perdeliquum adspersione vel etiam tritura, cum sale tartari candidissimum suum colorem mutet protinus in citrinum seu

hic agere posse, & æthiopem ad minimum tales edere effectus, qui sub copulatione arctissima utriusque ingredientis vim agendi alterutrius in actum deducant non excludunt.

seu croceum, qui vero fuscum vel nigrum inde contrahit colorem vitio laborat. Alii mercurium sublimatum exploraturi carbonibus vivis injiciunt, quod si nunc rite præparatus est, statim inflammatur & cœruleam flamمام spargit, alias vero color adulterationem indicat. Prodente forsan flamma alliacum odorem, cave, ne plane arsenico corruptus sit.

## §. XXVIII.

Aliud iterum hydrargyri præparatum est *mercurius precipitatus*, cuius virtutem ac bonitatem sequentibus experimentis explorant, aut enim tantillum ejus inspergunt carbonibus vivis, aut frustulum auri puri cum eo fricant. In primo experimento, si totus deflagrait in igne, nec pulverem residuum format, probitate non caret, sin minus, minio est corruptus; in altero legitimum hoc medicamentum aurum reddit album.

## §. XXIX.

Huc pertinet quoque *mercurius dulcis*, cuius legitima præparatio cognoscitur ex crystallis parvis, nitidis, splendentibus, duris, ad gustum insipidis, quæ pulvris latæ pallide flavescentem colorem induunt & cochleari argenteo impositæ nullum nigrorem conciliant argento. Minus recte compositus ex sapore pontico & maculis argentum defedantibus cognoscitur. Ex numero autem sublimationum virtutem ejus omnes non æque estimant, quia si nimis dulcificatur, purgantem vim amittit.

D

## §. XXX.

## §. XXX.

*Aurum metallorum princeps, quod novum genus*  
*hujus ordinis (§. 23.) constituit, quibusdam ineptum,*  
*aliis desideratissimum habetur pharmaciae objectum.*  
*Nos medium ituri tutissimum judicantes, non quidem*  
*omnem vim medicam auro denegamus, sed neque*  
*multiplicia illa, ab aliis data encomia concedimus, sat*  
*convicti, quam longe plures aurum virtutes morales, &*  
*politicas possideat praे medicis. In tenuissimas lami-*  
*nas malleatum, *aurum* sic dictum *foliatum* constituit, quod*  
*varia tam solida, quam fluida forma parata medicami-*  
*na subit, purum vero hoc est, si totum in aqua regis*  
*dissolvitur. *Bezoardicum salare*, quod aurum obryzum*  
*desiderat, communiter purpureo se colore commenda-*  
*re debet, si bonitatis notam praे se fert. *Aurum fulmi-**  
*nans* vero, quod est auri soluti ex aqua regis præcipita-  
*tum, oleo tartari per deliquium factum, debet esse*  
*pulvis gryeus pontici saporis, qui si deficit significat*  
*calcem auri ex nimia olei tartari per del. affusione vim*  
*suam eccopraticam amisisse, & in inertem, corpori ma-*  
*gis nocivam quam proficiam calcem conversum esse.*  
*De tincturis solaribus* non multum solatii spondemus,  
*imo potius statuimus plerasque esse suppositias. No-*  
*lumus tamen tacere istos charactares, sub quibus auto-*  
*res tincturam auri veram describunt, & hi sunt: Tinctu-*  
*ram esse coloris egregie purpurei; intra corpus sum-*  
*ptam paulo largiori dosi nullos excitare vomitus: cor-*  
*pus solare post extractionem relinquiri album: nec un-*  
*quam in aurum reducibile: menstruum denique non*  
*esse corrosivum.*

## §. XXXI.

§. XXXI.

Eiusdem ordinis (§. 23.) genitū habemus in *argento*, cuius præparatum est *lapis infernalis lunaris*. Probitatis notæ explorantur & dijudicantur ex colore brunneo ad ferragineum accedente, siccitate tali, quæ lapidem in humido aëre deliquescere non sinit, ex facto experimenio: si quando nudum lapidem papyro, vel manu detinemus, neutrum erodat, vel inflammet. In quibusdam officiis prostat etiam *bezoardicum lunare*, quod tamen raro præscribitur ob suspicionem sociati cupri, quod se semper ex ingrato sapore & colore viridescere prodit, naturaliter tenacissime argento adhædere, & ne quidem per cupellationem separabile, ignis fusorii vires eludere solet. Idem valet de *tinctura lana* quæ diudicantibus in arte peritissimis colore suum cœruleum, vel viridem a cupro mutuatur.

## §. XXXII.

Sub eodem (§. 23.) ordine consideramus *cuprum*, quod etiam medicamenta interna largitur, quæ tamen eeu minus tuta vel fida siccо præterimus pede, optantes potius, ut medici ab his & similibus abstineant. Aliqualis & quidem usus externi esse poterit *aes uolum*, quod rite præparatum cognoscitur externe ex colore gryseo-ferrugineo, interne ex rubicundo-splendente, & per trituram magis rubente; quodsi enim duo æris frusta ad invicem fortius teruntur, superficies utriusque cinnabrina fieri debet.

## §. XXXIII.

*Mars* durissimum licet metallum benignioribus tamen menstruis auscultat, siveque multiplici modo in

usus medicos trahitur. Præparata autem sunt sequentia: *bezoardicum martiale*; quod rite præparatum ex albo quodammodo rubescit & indicat, id ipsum ex solo ferro esse factum. *Croci martis aperitivi* probitas in sufficiente calcinatione latet, quam produnt color ad flavedinem vel rubedinem accedens, gravitas & densitas ipsius pulveris, sapor falsus & non nihil vitriolicus. In *croci martis adstringentis* exploranda bonitate iisdem experimentis fidendum non est, quia ut scite monet RICHTERVS <sup>bb</sup> omnes croci martis adstringentes tractu temporis fiunt aperitivi. *Tincture martis* variæ ut WEDELII, ETNERI, vere tales non sunt, sed de cupro participant, quod quippe cœruleus ipsarum color prodit, qui additione spiritus vitrioli perit cum sub sercutea præcipitatione, cum alias ferro existente solo, color in flavedinem deberet mutari.

### §. XXXIV.

Ex stanno hic nihil occurrit nisi *bezoardicum joviale*, cuius non aliud signum characteristicum, quod probitatem declarat, quam colorem cœruleum novimus.

### §. XXXV.

*Antimonium crudum, fibium* veteribus dictum, quod cum prioribus (§. 25.33.) sub eodem ordine (§. 24.) continetur, ex minera sua fusum, est minerale nigrum, manus tingens, ponderosum quidem, sed simul rarum, fragile, nitorem habens, striis instructum acus metallicas repräsentantibus, nullius saporis vel odoris, medicamentorum pharmaceutico-chymicorum feracissimum.

Ad

<sup>bb</sup> l. c. vid. §. 2. not. g.

Ad præparata referimus *regulum antimonii simplicem*, & *mari-*  
*talem*, cuius posterioris bonitas innoteſcit ex scoriiſ ejus  
 flavis pellucidis, instar succini impuri. Cavendum vero,  
 ne ſepiuſ iterata fusione hujus reguli cum tartaro &  
 nitro, per noyas scorias expulſas omnem martis sub-  
 ſtantiam expellamus, ſicque loco reguli martis mul-  
 to labore ſimplicem obtineamus, ferrum enim hiſ ſco-  
 riis maximam partem jungitur. Ad præparata antimo-  
 niī pertinet etiam *butyrum antimonii*, quod eſt cauſticum  
 prætentissimum faciens eſcharam omnium celerrime,  
 cito etiam ſeparabilem. Bonitas cognoscitur ſi facile  
 liqueſcit in aëre humido, pelluciditatem ſuam amittit &  
 pulverem candidum ad fundum præcipitat. De notis  
 characteristicis genuini *antimonii diaphoretici* \* auctores

D. 3

discor-

\* Licit quemque ſuo abundare ſensu lubenter permit-  
 tamus, non poſſumus tamen non, quin antimonium  
 diaphoreticum jungamus trigæ medicamentorum  
 terreorum, quaꝝ præter meritum a quibusdam exilio  
 multantur, & ceu calces effeta rejiciuntur. Præter  
 meritum jure dicimus; quia censores tales rigorofi  
 diffiteri nequeunt, antimonium dupla parte mixtum  
 cum purgantibus horum vires re ipsa acuere, ut vide-  
 mus in pulvere CORNACHINI. Et quid quæſo an-  
 timonium diaphoreticum aliud eſt, quam pars anti-  
 monii regulina, nitro inſperſo calcinata, quæque proin  
 aliquid nobilius in ſe recondere debet quovis alio ab-  
 ſorbente; probante id ipsum experientia clinica,  
 quam ſi quis unquam exercuit hoverit, antimonium  
 diaphoreticum nunquam leni virtute fudatoria  
 deſtitui. Cl. NEVMANNVS Le&t. Chym. de antim. p.  
 353. valde indignatur omnibus iis, qui antimonium  
 diaphoreticum pro terra inani habent. Liceat ſuis  
 uti verbis: quod vero, inquit, antimonium dia-

discordes invenimus, WEDELIVS <sup>cc</sup> eo melius & fi-  
xius judicat, quomagis candidat, cum vero hic color non  
a majori vel minore elutritione, sed potius a longiore  
vel breviore fusione in igne dependeat, illudque antimoni-  
um diaphoreticum, quod diutius in igne tracta-  
tur semper magis pallescat, appetet hunc colorem in-  
dicare plures sulphureas particulas, expulsis jam pri-  
mum arsenicalibus, fuisse profligatas, adeoque bonitatis  
judicium præbere.

## §. XXXVI.

Vapores variorum metallorum, quæ invicem fu-  
sa ad campanas & tormenta bellica confienda adhi-  
bentur, furnis fusoriis accreta sui generis crustam me-  
tallicam interne politam, externe scabram formant,  
quæ ex furnis separata *tutiam* seu *cadmiam* *fæcitiam*  
constituit. Hæc optima censemur, quæ frustis, sive lami-  
nis constat crassis, intus pallide flavescentibus, extus  
murini coloris & granulatis, non admodum fragilibus.

## §. XXXVII.

phoreticum mera sit terra damnata & calcaria, qua in  
C. H. non aliam exserit virtutem, ac forsitan tubuli  
fictiles tabaci pulverisati, ut quidam docere audent, ab-  
surdum & aperte falsum est, dum effectus quotidiani  
contrarium demonstrant, & hoc præparatum cer-  
ta enchyresi non solum in regulum, sed quoque in  
antimonium crudum reduci possit. Adeo ut ejusmodi  
censores, qui sane in proscribendis tot superfluis, qui-  
bus onerantur magis quam ornantur pharmacopolia,  
non sine laude operam collocant, comparandi veni-  
ant hominibus, qui ad eradicanda ex hortis zizania  
conducti, preter inutiles etiam bonas & medicamen-  
tosa virtute præstantes plantas simile yellunt.  
<sup>cc</sup> Diff. de antimonio diaphoretico. p. 14.

ongi ni sumi lus imp. §. XXXVII.  
 Tertia regni fossilis classis (§. 4.), quæ terras & lapides aggregatos, partim lapideis, partim salinis & metallicis conitantes particulis, fistit, sub se comprehen-  
 dit non solum omnes terras pulverulentis particulis coacervatas, sed & concretorum & petrificatorum in-  
 finitum numerum, ex quibus si terras paucaspulveru-  
 lentas excipimus, nihil fere in usus cedit medicos.  
 Terrarum pulverulentarum genera officinis suppeditant  
 sic dictas *terras medicinales*, quæ omnes ex natura gene-  
 rum suorum recte distinguntur in argillaceas, cretaceas  
 & lapidolas. Argillaceæ particulis lubricis, plus minus  
 pinguedinosis, tenaciter coherentibus constant, & ab  
 aqua in lutum solvuntur. Hujus generis est *bolus Armena*, cuius notæ sunt superficies polita, mollis, non  
 arenosa, color rubicundus splendens, degustata lin-  
 guae adherens, manducata instar butyri in ore solubili-  
 lis, sapor pinguis, subadstringens. Ejusdem generis  
 quoque sunt *terre sigillate* variae imprimis *Lemnia*, quæ  
 præter allegata criteria hoc habet peculiare, quod  
 madefacta frustulatim concidat. *Terra Samia* de-  
 bet esse saporis dulcis subadstringentis. *Terra Silesiaca*  
*Strigensis* hujus quoque loci, notante P. A. VOLK-  
 MANNO dd sequentes exhibet notas: colorem flaves-  
 centem, substantiam pinguem, facile solubilem, vesiculos  
 prudentem si saliva irrigatur, diffractionem in fru-  
 stula cum sonitu ad parietes vitri allidentia, si vitro  
 vino pleno, iniciatur. *Terra margacea* magis naturæ,  
 utpote quæ in aqua non solvuntur, sunt *terra Tripolitana*,  
 libomar-

dd Silesia subterranea. Leipzig. 4. 1720. p. 277.

*lithomarga, lae luna s. agaricus mineralis*, qui ultimus in igne nec funditur, nec alienum colorem acquirit. Denique *colophonis* loco hic monemus specificam gravitatem harum terrarum infallibilem, bonitatis hic suppeditare notam, ut exemplo lactis lunæ, boli Armenæ & terræ sigillatae ex ipsa adjecta tabula statim patet.

### §. XXXVIII.

Nihil jam supereft, quam ut promissas tabulas staticas tam terreorum quam plerorumque salium, quæ lucem non contemnendam in criteriis bonitatis horum medicamentorum determinandis, augendis, accendent, ea fidelitate, qua instituta sunt experimenta tradamus, æqui lectoris judicio relicturi, quo usque bene vel male hoc in negotio processimus. Attinet vero monere, nos hic assūmisſe æque cruda quam præparata varia, quæ ultima ne adulterii nota suspecta forent, dexterimus quidam pharmacopœus nobis communicavit. Præterea omnia ponderata subiecta per duas horas siccavimus in aere calido LX. graduum thermometri Fahrenheitiani maximi; quo facto in pollinem, non vero nimis subtilem contrivimus & salia & terras, ut vasculo, quo penderentur facile adaptari possint. Ad molem in pondere determinandam parari curavimus vasculum cubicum orichalcum accurate unius pollicis cubici mensura decimalis pedis Rhenani. Tandem vasculum salibus & terris non solum conquassatione, sed etiam pulveres libere immittendo & ad horyzontem vasculi abstergendo, replevimus, quod utrumque ter repetendo invenimus repletionem per conquassationem vasculi pondere variare admodum, alteram vero methodum sæpe repetitam ad unum usque granulum coincidisse, quare huic posteriori per omnia experimenta ingensimus. Salia ceteroquin & terrea regni animalis & vegetabilis his tabulis juncta duntaxat ad amplificandas tabulas assumpta fuere.

F I N I S.

Tabula statica terreorum regni animalis & mineralis  
corumque præparatorum.

	Drach.	Gran.		Drach.	Gran.
1 Succinum præparatum.	2	22	27 Dens Hippopotami pt.	6	6
2 Ungula alcis. ppt. -	2	31	28 Unicornu marinum pt.	6	8
3 Lapidæ ♂ ppt.	2	46	29 Crocus martis	6	36
4 Testæ Ovor. calcinat.	2	58	30 Mandib. lucii pifc. pt.	6	46
5 Conchæ ppt. - -	3	45	31 Bolus Armenia	6	49
6 Lac Iunæ - -	4	8	32 Sulphur crudum	6	57
7 Lumbric. terrest. ppt.	4	9 $\frac{1}{2}$	33 Dentes apri pt. - -	7	12
8 Milleped. ppt. - -	4	16	34 Terra sigillata	7	20
9 Sanguis hirci - -	4	26	35 Osteocolla	-	-
10 Tutia ppt. - -	4	28	36 Aethiops mineralis	7	56 $\frac{1}{2}$
11 Cystall. mont. ppt.	4	35	37 Lapis hematitis	9	21
12 Corn. C. ust. - -	4	46	38 Cinnabaris nativa	9	48
13 Mater perl. ppt. -	4	47	38 Cinnabaris antimonii	17	41
14 Sarcocolla - -	4	50 $\frac{1}{2}$	49 Cinnabaris factitia	18	1
15 Antimonium diaphoreticum - -	4	56 $\frac{1}{2}$	41 Lithargyrium	18	18
16 Antihereticum Poterii	5	6	42 Mercurius dulcis	22	24
17 Unicornu fossile ppt.	5	6		28	56
18 Tali leporis ppt. -	5	9			
19 Cerussa antimonii	5	11			
20 Bezoard. Joviale -	5	24			
21 Antim. diaph. ♂ -	5	26			
22 Flores sulphuris -	5	26 $\frac{1}{2}$			
23 Lap. percar. ppt. -	5	27			
24 ♀ Antim. auratum	5	28			
25 Bezoard. minerale	5	32			
26 CC. philos. ppt. -	5	36			

Tabula statica salium regni mineralis & vegetabilis  
eorumque præparatorum.

	Drach.	Gran.		Drach.	Gran.
1 Sal Anglicum s. Epsoniense vulgare. -	4	I	19 Sal prunellæ - -	6	28
2 Alumen ustum -	4	14½	26 Alumen crudum -	6	42
3 Sal Tartari -	4	29	21 Nitrum depuratum -	7	14
4 Sal culinare -	4	45	22 Sal gemmæ -	7	20
5 Sacharum Canariense albissimum -	5	24	23 Sal Carolinarum -	7	31
6 Sal seydtschutchense s. Bohemicum amarum	5	25	24 Vitriolum Cyprus -	8	-
7 Sal genistæ -	5	44	25 Sacharum Saturni -	8	31
8 Sal absynthii -	5	58	26 Tartarus Vitriolatus -	9	56
9 Sal Centaur. minor.	6	I	27 Arcanum duplicatum -	10	21
10 Sal Ammoniacum -	6	3	28 Sal polychrestum -	10	40
11 Vitriolum Bohemicum	6	8			
12 - - Anglicum	6	10			
13 Borax -	6	11			
14 Tartarus Tartarisatus	6	11			
15 Sal Cardui benedicti	6	12			
16 Nitrum crudum -	6	15			
17 Nitrum antimonia- tum - -	6	24			
18 Crystalli tartari -	6	26			

Nr. 19 als Titel nicht zu  
identifizieren!

01 A 6537


f

TA→OL

nur Stck. 12 bis her verknüpft



1002





40.

DISPV TATIO IN AVGVR ALIS  
MEDICO - PHARMACEVTICA  
SISTENS  
LA PIDE M LYD IVM  
**MEDICAMENTORVM**  
BONAE NOTAE  
REGNI MINERALIS  
QVAM  
AVCTORITATE ET CONSENSV  
GRATIOSISSIMAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAESIDE  
**CAROL. AVGVSTO à BERGEN,**  
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.  
EIVSD. FAC. h. t. DECANO  
PROMOTORE AD CINERES COLEND O  
**PRO GRADV DOCTORIS**  
LEGITIMO MODO OBTINENDO  
D. XXI. DECEMB. MDCC XLII. H. L. Q. S.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**CAROL. CHRISTIAN. BRVMBEY,**  
Anhaltino - Bernburgensis.

40.

---

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
Litteris PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.